


# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.



Vsebina: 63. Sanctissimi Domini Nostri divina providentia Pii Papae X epistola Encyclica. — 64. Po škofjski sinodi — 65. Način potrjevanja pobotnic, s katerimi se dvigajo ustanovni prejemki. — 66. Konkurzni razpis. — 67. Škofjska kronika. — 68. Slovstvo (Synodus dioecesana Labacensis).



63.

## Sanctissimi Domini Nostri divina providentia Pii Papae X. epistola Encyclica.

*Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus.*

### Pius PP. X.

*Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

E supremi apostolatus cathedra, ad quam, consilio Dei inscrutabili, eveci fuimus, vobis primum eloquenturos, nihil attinet commemorare quibus Nos lacryimus magnisque precibus formidolosum hoc Pontificatus onus depellere a Nobis conati simus. Videmur equidem Nobis, etsi omnino meritis impares, convertere in rem Nostram posse quae Anselmus, vir sanctissimus, querebatur quum, adversans et repugnans, coactus est honorem episcopatus suscipere. Etenim quae ille moeroris indicia pro se afferebat, eadem et Nobis proferre licet, ut ostendamus quo animo, qua voluntate Christi gregis pascendi gravissimum officii munus exceperimus. *Testantur*, sic ille<sup>1)</sup>, *lacrymae meae et voces et rugitus a gemitu cordis mei, quales nunquam de me, ullo dolore, memini exiisse ante diem illam, in qua sors illa gravis archiepiscopatus Cantuariae visa est super me cecidisse. Quod ignorare nequiverunt illi qui, ea die, vultum meum inspexerunt . . . Ego magis mortuo quam viventi colore similis, stupore et dolore pallebam. Huic autem de me electioni, imo violentiae, hactenus, quantum potui, servata veritate, reluctatus sum. Sed iam, velim nolim, cogor fateri quia quotidie iudicia Dei magis ac magis conatui meo resistunt, ut nullo modo videam me ea posse fugere. Unde iam, non tam hominum quam Dei,*

*contra quam non est prudentia, victus violentia hoc solo intelligo me uti debere consilio, ut, postquam oravi quantum potui, et conatus sum ut, si possibile esset, calix iste transiret a me ne biberem illum . . . meum sensum et voluntatem postponens, me sensui et voluntati Dei penitus committam.*

Nec plane repugnandi causae, multae et maximae defuerunt Nobis. Praeterquam enim quod honore pontificatus, ob tenuitatem Nostram, nullo pacto Nos dignaremur; quem non moveret ei se successorem designari, qui, cum ecclesiam sex fere ac viginti annos sapientissime rexisset, tanta valuit alacritate ingenii, tanto virtutum omnium splendore, ut vel adversarios in sui admirationem traduxerit et memoriam sui nominis factis praeclarissimis consecrari? — Dein, ut praetereamus cetera, terrebat Nos, quam quod maxime, ea quae modo est humani generis conditio afflictissima. Quem enim lateat, consociationem hominum gravissimo nunc, supra praeteritas aetates, atque intimo urgeri morbo; qui in dies ingravescens eamque penitus exedens ad exitium rapit? Morbus qui sit, intelligitis, Venerabiles Fratres; defectio abscessioque a Deo: quo nihil profecto cum pernicie coniunctius, secundum Prophetam dictum<sup>1)</sup>: *Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt.* Tanto igitur

<sup>1)</sup> Epp. 1. III, ep. 1.

<sup>1)</sup> Ps. LXXII, 27.

malo, pro pontificali munere quod demandabatur, occurrendum esse Nobis videbamus; arbitrabamur enim Dei iussum ad Nos pertinere: *Ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et aedifices et plantes*<sup>1)</sup>; verum conscii Nobis infirmitatis Nostrae, negotium, quod nihil simul haberet morae et difficultatis plurimum, suscipere verebatur.

Attamen, quoniam numini divino placuit humilitatem Nostram ad hanc amplitudinem potestatis provehere; erigimus animum *in eo qui Nos confortat*, Deique virtute freti manum operi admoventes, in gerendo pontificatu hoc unum declaramus propositum esse Nobis *instaurare omnia in Christo*<sup>2)</sup>, ut videlicet sit *omnia et in omnibus Christus*<sup>3)</sup>. — Erunt profecto qui, divina humanis metientes, quae Nostra sit animi mens rimari nitantur atque ad terrenos usus partiumque studia detorquere. His ut inanem spem praedicamus, omni asseveratione affirmamus nihil velle Nos esse, nihil, opitulante Deo, apud consociationem hominum futuros, nisi Dei, cuius utimur auctoritate, ministros. Rationes Dei rationes Nostrae sunt; pro quibus vires omnes vitamque ipsam devovere decretum est. Unde si qui symbolum a Nobis expetant, quod voluntatem animi patefaciat; hoc unum dabimus semper: *Instaurare omnia in Christo!*

Quo quidem in praeclaro opere suscipiendo urgendoque illud Nobis, Venerabiles Fratres, alacritatem affert summam, quod certum habemus fore vos omnes strenuos ad perficiendam rem adiutores. Id enim si dubitemus, ignaros vos, non sane iure, aut negligentes putaverimus nefarii illius belli, quod nunc, ferme ubique, commotum est atque alitur adversus Deum. Vere namque in Auctorem suum *fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania*<sup>4)</sup>; ut communis fere ea vox sit adversatium Deo: *Recede a nobis*<sup>5)</sup>. Hinc extincta omnino in plerisque aeterni Dei reverentia, nullaque habita in consuetudine vitae, publice ac privatim, supremi eius numinis ratio: quin totis nervis contenditur omnique artificio, ut vel ipsa recordatio Dei atque notio intereat penitus.

Haec profecto qui reputet, is plane metuat necesse est ne malorum, quae supremo tempore sunt expectanda, sit perversitas haec animorum libamentum quoddam ac veluti exordium; neve *filius perditionis*, de quo Apostolus loquitur<sup>6)</sup>, iam in hisce terris versetur. Tanta scilicet audacia, eo furore religionis pietas ubique impetitur, revelatae fidei documenta oppugnantur, quaeque homini cum Deo officia intercedunt tollere delere prorsus praefracte contenditur! E contra, quae, secundum Apostolum eundem, propria est *Antichristi* nota, homo ipse, temeritate summa, in Dei locum invasit, extollens se *supra omne quod dicitur Deus*; usque adeo ut,

quamvis Dei notitiam extinguere penitus in se nequeat Eius tamen maiestate reiecta, aspectabilem hunc mundum sibi ipse veluti templum dedicaverit a ceteris adorandus. *In templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.*<sup>7)</sup>

Enimvero hoc adversus Deum mortalium certamen qua sorte pugnetur nullus est sanae mentis qui ambigat. Datur quidem homini, libertate sua abutenti, rerum omnium Conditoris ius atque numen violare; verumtamen victoria a Deo semper stat: quin etiam tum propior clades imminet, quum homo, in spe triumphi, insurgit audentior. Haec ipse Deus nos admonet in Scripturis sanctis. *Dissimulat scilicet peccata hominum*<sup>8)</sup>, suae veluti potentiae ac maiestatis immemor: mox vero, post adumbratos recessus, *excitatus tamquam potens crapulatus a vino*<sup>9)</sup>, *confringet capita inimicorum suorum*<sup>10)</sup>; ut norint omnes *quoniam rex omnis terrae Deus*<sup>11)</sup>, *et sciant gentes quoniam homines sunt*<sup>12)</sup>.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, fide certa teneamus et expectamus. Attamen non ea impediunt quominus pro nostra quisque parte, Dei opus maturandum nos etiam curemus: idque, non solum efflagitando assidue, *Exurge, Domine, non confortetur homo*<sup>13)</sup>; verum: quod plus interest, re et verbo, luce palam, supremum in homines ac naturas ceteras Dei dominatum adserendo vindicandeque, ut Eius imperandi ius ac potestas sancte colatur ab omnibus et observetur. — Quod plane non modo officium postulat a natura profectum, verum etiam communis utilitas nostri generis. Quorumnam etenim, Venerabiles Fratres, animos non conficiat trepidatio ac moeror, quum homines videant, partem maximam, dum quidem humanitatis progressus haud immerito extolluntur ita digladiari atrociter inter se, ut fere sit omnium in omnes pugna? Cupiditas pacis omnium profecto pectora attingit, eamque nemo est qui non invocet vehementer. Pax tamen, reiecto Numine, absurde quaeritur: unde namque abest Deus, iustitia exsulat; sublataque iustitia, frustra in spem pacis venit. *Opus iustitiae pax*<sup>14)</sup>. — Novimus equidem non paucos esse, qui studio pacis ducti, *tranquillitatis nempe ordinis*, in coetus factionesque coalescunt, quae ab *ordine* nominant. Proh tamen spes curasque inanes! Partes *ordinis*, quae pacem afferre turbatis rebus reapse queant, unae sunt: partes faventium Deo. Has igitur promovere necesse est, ad easque quo licebit plures adducere, si securitatis amore incitatur.

Verum haec ipsa, Venerabiles Fratres, humanarum gentium ad maiestatem Dei imperiumque revocatio, quantumvis licet conemur, numquam nisi per Iesum Christum eveniet. Monet enim Apostolus: *Fundamentum aliud*

<sup>1)</sup> Ierem. I, 10. — <sup>2)</sup> Ephes. I, 10. — <sup>3)</sup> Coloss. III, 11. — <sup>4)</sup> Ps. II, 1. — <sup>5)</sup> Iob. XXI, 14. — <sup>6)</sup> II. Thess. II, 3.

<sup>7)</sup> II Thess. II, 2. — <sup>8)</sup> Sap. XI, 24. — <sup>9)</sup> Ps. LXXVII, 65. — <sup>10)</sup> Ps. LXXVII, 22. — <sup>11)</sup> Ib. XLVI, 8. — <sup>12)</sup> Ib. IX, 20. — <sup>13)</sup> Ps. IX, 19. — <sup>14)</sup> Is. XXXII, 17.

*nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus*<sup>1)</sup>. Scilicet unus ipse est, quem Pater sanctificavit et misit in mundum<sup>2)</sup>: splendor Patris et figura substantiae eius<sup>3)</sup>, Deus verus verusque homo: sine quo, Deum, ut oportet, agnoscere nemo possit; nam *neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare*<sup>4)</sup>. — Ex quo consequitur, ut idem omnino sit *instaurare omnia in Christo* atque homines ad Dei obtemperacionem reducere. Huc igitur curas intendamus oportet, ut genus hominum in Christi ditionem redigamus: eo praestito, iam ad ipsum Deum remigraverit. Ad Deum iniquimus, non socordem illum atque humana negligentem, quem *materialistarum* deliramenta efflaxerunt; sed Deum vivum ac verum, unum natura personis trinum, auctorem mundi, omnia sapientissime providentem, iustissimum denique legis latorem, qui sontes plectat, proemia proposita virtutibus habeat.

Porro qua iter nobis ad Christum pateat, ante oculos est: per Ecclesiam videlicet. Quamobrem iure Chrysostomus: *Spes tua Ecclesia, salus tua Ecclesia, refugium tuum Ecclesia*<sup>5)</sup>. In id namque illam condidit Christus, quaesitam sui sanguinis pretio; eique doctrinam suam ac suarum praecepta legum commendavit, amplissima simul impertiens divinae gratiae munera ad sanctitatem ac salutem hominum.

Videtur igitur, Venerabiles Fratres, quale demum Nobis vobisque pariter officium sit demandatum: ut consociationem hominum, a Christi sapientia aberrantem, ad Ecclesiae disciplinam revocemus; Ecclesia vero Christo subdet, Christus autem Deo. Quod si, Deo ipso favente, perficiemus, iniquitatem cessisse aequitati gratulabimur, audiemusque feliciter *vocem magnam de coelo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius*<sup>6)</sup>. — Hic tamen ut optatis respondeat exitus, omni ope et opera eniti opus est ut scelus illud immane ac detestabile, aetatis huius proprium, penitus eradamus, quo se nempe homo pro Deo substituit; tum vero leges Evangelii sanctissimae ac consilia in veterem dignitatem vindicanda; adserendae altius veritates ab Ecclesia traditae, quaeque eiusdem sunt documenta de sanctitate coniugii,<sup>7)</sup> de educatione doctrinaeque puerili, de bonorum possessione atque usu, de officiis in eos qui publicam rem administrant; aequilibratas demum inter varios civitatis ordines christiano instituto ac more restituenda. — Nos profecto haec Nobis, Dei nutui obsequentes, in pontificatu, prosequenda proponimus, ac pro virili parte prosequemur. Vestrum autem erit, Venerabiles Fratres, sanctitate, scientia, agendorum usu, studio cum primis divinae glo-

riae, industriis Nostris obsecundare; nihil aliud spectantes praeterquam ut in omnibus *formetur Christus*.<sup>1)</sup>

Iam quibus ad rem tantam utamur adiuventis, vix dicere oportet; sunt enim de medio sumpta. — Curarum haec prima sunt, ut Christum formemus in iis, qui formando in ceteris Christo officio muneris destinantur. Ad sacerdotes mens spectat, Venerabiles Fratres, Sacris namque quotquot initiati sunt, eam in populis, quibuscum versantur, provinciam sibi datam norint, quam Paulus suscepisse testatus est amantissimis iis verbis: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*<sup>2)</sup>. Qui tamen explere munus queant, nisi priores ipsi Christum induerint? atque ita induerint, ut illud Apostoli eiusdem usurpare possint: *Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus*<sup>3)</sup>. *Mihi vivere Christus est*<sup>4)</sup>. Quamobrem, etsi ad fideles omnes pertinet hortatio *ut occurramus in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*<sup>5)</sup>; praecipue tamen ad illum spectat qui sacerdotio fungitur; quo idcirco dicitur *alter Christus*, non una sane potestatis communicatione sed etiam imitatione factorum, qua expressam in se Christi imaginem praeferat.

Quae cum ita sint, quae vobis quantaque, Venerabiles Fratres, ponenda cura est in clero ad sanctitatem omnem formando! huic, quaecumque obveniant, negotia cedere necesse est. Quamobrem pars potior diligentiarum vestrarum sit de seminariis sacris rite ordinandis moderandisque, ut pariter integritate doctrinae et morum sanctitate floreat. Seminarium cordis quisque vestri delicias habetote, nihil plane ad eius utilitatem omittentes, quod est a Tridentina Synodo providentissime constitutum. — Quum vero ad hoc ventum erit ut candidati sacris initiari debeant, ne quaeso excidat animo quod Paulus Timotheo perscripsit: *Nemini cito manus imposueris*<sup>6)</sup>; illud attentissime reputando, tales plerumque fideles futuros, quales fuerint quos sacerdotio destinabitis. Quare ad privatam quantumque utilitatem respectum ne habetote; sed unice spectetis Deum et Ecclesiam et sempiterna animorum commoda, ne videlicet, uti Apostolus praecavet, *communicetis peccatis alienis*<sup>7)</sup>. — Porro sacerdotes initiati recens atque e seminario digressi industrias vestras ne desiderent. Eos, ex animo hortamur, pectori vestro, quod coelesti igne calere oportet, admovete saepius, incendite, inflammate ut uni Deo et lucris animorum inhiant. Nos equidem, Venerabiles Fratres, diligentissime providebimus ne homines sacri cleri ex insidiis capiantur novae cuiusdam ac fallacis scientiae, quae Christum non redolet, quaeque, fucatis astutisque argumentis, *rationalismi* aut *semirationalismi* errores invehere nititur; quos ut caveret iam Apostolus Timotheum, monebat, scribens:

<sup>1)</sup> I Cor. III, 11. — <sup>2)</sup> Io. X, 36. — <sup>3)</sup> Hebr. I, 3. — <sup>4)</sup> Matth. XI, 27. — <sup>5)</sup> Hom. *de capto Eutropio*, n. 6. — <sup>6)</sup> Apoc. XII, 10.

<sup>1)</sup> Gal. IV, 19. — <sup>2)</sup> Ibid. — <sup>3)</sup> Gal. II, 20. — <sup>4)</sup> Philipp. I, 21. <sup>5)</sup> Ephes. IV, 3. — <sup>6)</sup> I Tim. V, 22. — <sup>7)</sup> Ibid.

*Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.*<sup>1)</sup> Hoc tamen non impedimur quo minus laude dignos existimemus illos e sacerdotibus iunioribus, qui utilium doctrinarum studia, in omni sapientiae genere, persequuntur, ut inde ad veritatem tuendam atque osorum fidei calumnias refellendas instructiores fiant. Verumtamen celare haud possumus, quin etiam apertissime profiteamur, primas Nos semper delaturos iis qui, quamvis sacras humanasque disciplinas minime praetereunt, proxime nihilosecius animorum utilitatibus se dedant, eorum procuratione munerum, quae sacerdotem deceant divinae gloriae studiosum. *Tristitia Nobis magna est et continuus dolor cordi Nostro*<sup>2)</sup>, quum cadere etiam in aetatem nostram conspicimus Ieremiae lamentationem: *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis*<sup>3)</sup>. Non enim de clero desunt, qui, pro cuiusque ingenio, operam forte navent rebus adumbratae potius quam solidae utilitatis: at verum non adeo multi numerentur qui, ad Christi exemplum, sibi sumant Prophetae dictum: *Spiritus Domini unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem et coecis visum*<sup>4)</sup>. Quem tamen fugiat, Venerabiles Fratres, quum homines ratione maxime ac libertate ducantur, religionis disciplinam potissimam esse viam ad Dei imperium in humanis animis restituendum? Quot plane sunt qui Christum oderunt, qui Ecclesiam, qui Evangelium horrent ignoratione magis quam pravitate animi! de quibus iure dixeris: *quaecumque ignorant blasphemant*<sup>5)</sup>. Idque non in plebe solum reperire est aut in infima multitudine, quae ideo in errorem facile trahitur; sed in excultis etiam ordinibus atque adeo in iis, qui haud mediocri eruditione ceteroqui polleant. Hinc porro in plerisque defectus fidei. Non enim dandum est, scientiae progressibus extinguere fidem, sed verius inscitia; ut idcirco ubi maior sit ignorantia, ibi etiam latius pateat fidei defectio. Quapropter Apostolis a Cristo mandatum est: *Euntes docete, omnes gentes*.<sup>6)</sup>

Nunc autem, ut ex docendi munere ac studio fructus pro spe edantur atque in omnibus *formetur Christus*, id penitus in memoria insideat, Venerabiles Fratres, nihil omnino esse caritate efficacius. *Non enim in commotione Dominus*.<sup>7)</sup> Allici animos ad Deum amariore quodam conatu, speratur perperam: quin etiam errores acerbius increpare, vitia vehementius reprehendere damno magis quam utilitati aliquando est. Timotheum quidem Apostolus hortabatur: *Argue, obsecra, increpa*; attamen addebat: *in omni patientia*.<sup>8)</sup> — Certe eiusmodi nobis

exempla prodidit Christus. *Venite*, sic ipsum alloquutum legimus, *venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*.<sup>1)</sup> Laborantes autem oneratosque non alios intelligebat, nisi qui peccato vel errore tenerentur. Quanta enimvero in divino illo magistro mansuetudo! quae suavitas, quae in aerumnosos quoslibet miseratio! Cor eius plane pinxit Isaias iis verbis: *Ponam spiritum meum super eum; non contendet neque clamabit; arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet*<sup>2)</sup>. — Quae porro caritas, *patiens et benigna*<sup>3)</sup> ad illos etiam porrigatur necesse est, qui sunt nobis infesti vel nos inimice insectantur. *Maledicimur et benedicimus*, ita de se Paulus profitebatur, *persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus*<sup>4)</sup>. Peiores forte quam sunt videntur. Consuetudine enim aliorum, praepiudicatis opinionibus, alienis consiliis et exemplis, malesuada demum verecundia in impiorum partem translata sunt: attamen eorum voluntas non adeo est depravata, sicut et ipsi putari gestiunt. Quidni speremus christianae caritatis flamma ab animis caliginem dispulsuram atque allaturam simul Dei lumen et pacem? Tardabitur quandoque forsitan laboris nostri fructus; sed caritas sustentatione nunquam defatigatur, memor non esse praemia a Deo proposita laborum fructibus sed voluntati.

Attamen, Venerabiles Fratres, non ea Nobis mens est ut, in toto hoc opere tam arduo restitutionis humanarum gentium in Christo, nullos vos clerusque vester adiutores habeatis. Scimus mandasse Deum unicuique de proximo suo<sup>5)</sup>. Non igitur eos tantum, qui sacris se addixerunt, sed universos prorsus fideles rationibus Dei et animorum adlaborare oportet: non Marte utique quemque suo atque ingenio, verum semper Episcoporum ductu atque nutu; praeesse namque, docere, moderari nemini in Ecclesia datur praeter quam vobis, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*.<sup>6)</sup> — Catholicos homines, vario quidem consilio at semper religionis bono, coire inter se societatem, Decessores Nostri probavere iamdiu bonaque precatione sanxerunt. Institutum porro egregium Nos etiam laudatione Nostra ornare non dubitamus, optamusque vehementer ut urbibus agrisque late inferatur ac floreat. Verumenimvero consociationes eiusmodi eo primo ac potissimum spectare volumus, ut quotquot in illas cooptantur christiano more constanter vivant. Parum profecto interest quaestiones multas subtiliter agitari, deque iuribus et officiis eloquenter disseri, ubi haec ab actione fuerint seiugata. Postulant enim actionem tempora; sed eam quae tota sit in divinis legibus atque Ecclesiae praescriptis sancte integreque servandis, in religione libere aperteque pro-

<sup>1)</sup> I Tim. VI, 20 s. — <sup>2)</sup> Rom. IX, 2. — <sup>3)</sup> Thren. IV, 4. — <sup>4)</sup> Luc. IV, 18—19. — <sup>5)</sup> Iud. II, 10. — <sup>6)</sup> Matth. XXVIII, 19. — <sup>7)</sup> III Reg. XIX, 11. — <sup>8)</sup> II Tim. IV, 2.

<sup>1)</sup> Matth. XI, 28. — <sup>2)</sup> Is. XLII, 1 s. — <sup>3)</sup> I Cor. XIII, 4. — <sup>4)</sup> Ibid. IV, 12 s. — <sup>5)</sup> Eccli. XVII, 12. — <sup>6)</sup> Act. XX, 28.

fitenda, in omnigenae demum caritatis operibus exercendis, nullo sui aut terrenarum utilitatum respectu. Illustria eiusmodi tot Christi militum exempla longe magis valitura sunt ad commovendos animos rapiendosque quam verba exquisitaeque disceptationes; fietque facile ut, abiecto metu, depulsis praeiudiciis ac dubitationibus, quamplurimi ad Christum traducantur provehantque ubique notitiam eius et amorem; quae ad germanam solidamque beatitatem sunt via. Profecto si in urbibus, si in pagis quibusvis praecepta Dei tenebuntur fideliter, si sacris erit honos, si frequens sacramentorum usus, si cetera custodientur quae ad christianae vitae rationem pertinent; nihil admodum, Venerabiles Fratres, elaborandum erit ulterius ut omnia in Christo instaurentur Neque haec solum coelestium bonorum prosecutionem spectare existimentur: iuvabunt etiam, quam quae maxime ad huius aevi publicasque civitatum utilitates. His namque obtentis, optimates ac locupletes aequitate simul et caritate tenuioribus aderunt, hi vero afflictioris fortunae angustias sedate ac patienter ferent: cives non cupiditati sed legibus parebunt; principes et quotquot rempublicam gerunt, quorum *non est potestas nisi a Deo*<sup>1)</sup>, vereri ac diligere sanctum erit. Quid plura? Tunc demum omnibus persuasum fuerit debere Ecclesiam, prouti ab auctore Christo est condita, plena integraque libertate frui nec alienae dominationi subiici; Nosque, in hac ipsa libertate vindicanda, non religionis modo sanctissima tueri iura, verum etiam communi populorum bono ac securitati prospicere. Scilicet *pietas ad omnia utilis est*<sup>2)</sup>:

<sup>1)</sup> Rom. XIII, 1. — <sup>2)</sup> I Tim. IV, 8.

et eae incolumi ac vigente, *sedebit reapse populus in plenitudine pacis.*<sup>3)</sup>

Deus, *qui dives est in misericordia*<sup>4)</sup>, hanc humanarum gentium in Christo Iesu instaurationem benignus festinet; *non enim volentis opus neque currentis, sed miserentis est Dei.*<sup>5)</sup> Nos vero, Venerabiles Fratres, *in spiritu humilitatis*<sup>6)</sup>, quotidiana et instanti prece id ab Eo contendamus ob Iesu Christi merita. Utamur praeterea praesentissima Deiparae impetratione: cui conciliandae Nobis, quoniam has litteras die ipsa damus, quae recolendo Mariali Rosario est instituta; quidquid Decessor Noster de octobri mense Virgini augustae dicando edixit, publica per templa omnia eiusdem Rosarii recitatione, Nos pariter edicimus et confirmamus; monentes insuper ut deprecatores etiam adhibeantur castissimus Dei Matris Sponsus catholicae Ecclesiae patronus sanctique Petrus et Paulus apostolorum principes.

Quae omnia ut rite eveniant et cuncta vobis pro desiderio fortunentur, divinarum gratiarum subsidia uberime exoramus. Testem vero suavissimae caritatis, qua vos et universos fideles, quos Dei providentia Nobis commendatos voluit, complectimur, vobis, Venerabiles Fratres, clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IV. octobris MCMIII, Pontificatus Nostri anno primo.

PIVS PP. X.

<sup>1)</sup> Is. XXXII, 18. — <sup>2)</sup> Ephes. II, 4 — <sup>3)</sup> Rom. IX, 16. — <sup>4)</sup> Dan. III, 39.

64.

## Po škofijski sinodi.

### I. Dramatične igre Marijinih družb.

Prav iskreno in vneto so se priporočale Marijine družbe, ker skušnja uči, da za pravo, krščansko izoliko mladine, moške in ženske, prav mnogo koristijo. Kot dobro sredstvo, obvarovati mladino od običajnih slabih stvari, so se tem družbam priporočale tudi razne igre. Saj dobra igra blaži srce, napravlja nedolžno zabavo in zadovolji željo človeškega srca po plemeniti tovaršiji in skupnem razvedrilu.

Pri Marijinih družbah, mladeniških in dekliških, so se igre večkrat že prirejale, jaz sam sem bil včasih navzoč in navadno prav zadovoljen in razveseljen. Kolikor pa sem mogel posneti iz raznih poročil, ima prirejevanje iger tudi svojo senčno stran. Na to se je v veliki gorečnosti premalo pazilo, pa so mi dohajale sem ter tje dosti opravičene pritožbe.

Ko sem o tem razmišljeval, dobim od pastoralne konference radoljiške lepo premišljeno in primerno

razpravo z naslovom: „Ali je Marijinim družbam priporočati predstavljanje dramatičnih iger?“ Izvestitelj navaja razloge pro in contra; nazadnje pride do nastopnih navodil za prireditvev takih iger:

1. Igra mora biti dostojna, nikakor ne sme biti ljubimske vsebine in imeti ne sme mešanih vlog, marveč ali samo moške, ali samo ženske.

2. Skušnje pri dekliških družbah naj se praviloma in redno vršé le po dnevu; pozno v noč nikoli ne; zvečer le takrat, ako drugače ni mogoče in če sta vsaj dve zanesljivi starejši osebi kot pričri navzoči, vendar to sme biti le izjemno, ne redno.

3. Za ona dekleta, ki imajo daleč hoditi k skušnjam, n. pr. pol ure, absolutno ne sme biti skušnja po noči, ali o času, da bi morala iti po noči domu.

4. Ako bi kaka igravka Marijini družbi delala nečast, mora se izključiti iz družbe, pa naj bo še tako izvrstna igravna moč.

5. Ako je le mogoče, naj vodi skušnje in podučuje kak lajik; to se priporoča prav posebno pri dekliški družbi, kjer bi si n. pr. dobra učiteljica mogla velikih zaslug pridobiti. Ako bi tu podučeval duhovnik, naj bo vselej po dnevu; pričujoči naj bi bili vsaj dve zanesljivi priči, ki bi lahko pričali o njegovi nedolžnosti, ako bi bilo potrebno. K pripravam igravk za igro samo ob času pred igro naj nikoli ne pride nobena moška oseba; skrb, da se bo vse primerno in čedno pripravilo, naj prevzame dobra članica družbe, ali kaka druga poštena ženska oseba.

6. Po predstavi naj bi šli praviloma in redno vsi domu, kar velja posebno pri dekliških igrah. Ako se pa pri mladeniških igrah za mladeniče priredi večerja, naj bo kratka in brez dolgotrajnega popivanja.

7. Predstave naj se ne uprizarjajo prevečkrat; dekliške naj se le omeje na enkrat ali dvakrat v letu, razun v onih krajih, kjer so radi posebnih delavniških okolnosti večkrat potrebne; paziti treba na to, da se vrše le ob onem letnem času, ko imajo igravci zares čas in se ne zamuja domače delo.

8. Ako voditelj Marijine družbe opazi, da se vsled predstavljanja iger prijemlje družbe preveč posveten duh in se le preveč vzbujajo strasti kakor: napuh, nevoščljivost, sovražnost, upornost, naj se igranje opusti popolnoma, preden bi bilo prekasno.

Vse te točke je pastoralna konferenca odobrila. Odobrim jih tudi jaz in odločno priporočam, da jih gospodje duhovniki uvažujete, kar se bo tudi v sinodalnih določbah naročilo.

## II. Proti alkoholu.

Ko smo se posvetovali o boju zoper nezmerno popivanje, spoznali smo, da sami ne zmagamo, ampak nam mora tudi veleslavna c. kr. deželna vlada pomagati. Sprožila se je misel, naj se v imenu sinode na njo pošlje nujna prošnja v tem oziru. Prošnja se je vložila in se glasi:

Št. 4357.

### *Veleslavni c. kr. deželni vladi za Kranjsko v Ljubljani.*

Na prvi ljubljanski sinodi v početku meseca septembra je bil razgovor tudi o pijančevanju in surovosti naše moške mladine. Premišljevali smo, katera sredstva naj bi uporabili, da grde razvade kar mogoče izkoreninimo.

Iz raznih skušenj smo prišli do sklepa, da namena svojega popolno doseči ne moremo, ako nam tudi svetna oblast odločno ne pomaga. Veselili smo se, da se za državni zbor pripravljajo ostre

postave zoper pijanstvo; toda kedaj se bodo predlogi sklenili in obvezni postali!?

Prepričani pa smo bili, da c. kr. deželna vlada tudi na temelju že sedaj veljavnih določil prav mnogo storiti more, in ker smo tudi prepričani, da c. kr. deželna vlada za Kranjsko pijanstvo in surovost naše moške mladine ne le z nami vred obžaluje, ampak tudi naš boj zoper to podpirati hoče, zato veleslavno c. kr. deželno vlado duhovniki na sinodi zbrani prosijo:

1. Veleslavna c. kr. deželna vlada naj strogo prepove zbiranje in kričanje blizu župnih cerkva, kjer se hrani Najsvetejše;

2. zapove naj, da se po gostilnah natančno drže policijske ure, kar naj po svojih organih nadzira;

3. naj ne podeljuje licenc za točenje žganja, podeljenih naj pri prvi priliki kar največ prepove; licence čez uro naj se visoko obdačijo, prestopnikom naj se odvzame obrt;

4. gostilnice in prodajalnice blizu cerkve, kjer se opravlja služba Božja, naj bodo med tem vse-skozi zaprte;

5. plesno dovoljenje naj se o velikih praznikih sploh ne dá; zlasti po deželi nikakor ne, le izjemoma v posebnih okolnostih;

6. županstva in c. kr. orožništva naj bi posebno strogo nadzorovala gostilne o nastopnih praznikih: na praznik sv. Štefana, na velikonočni ponedeljek in ob cerkvenem patrociniu pri vseh cerkvah po župniji, ker so ti dnevi največkrat zaznamovani z divjimi pretepi.

Nujno prosimo, naj veleslavna c. kr. deželna vlada naši prošnji v vsem obsegu ustreči in primerne naredbe izdati izvoli.

*Kn šk. ordinarijat v Ljubljani 12. okt. 1903.*

Ko nam pride odgovor, ga bomo prijavi.

## III. Skrb za izseljence.

Tudi o skrbi za izseljence smo se pogovarjali. Za one, ki se selijo v Ameriko, se delajo priprave, da se jim pomaga. Stopili smo v zvezo z društvom svetega Rafaela na Dunaju, osnovala se bo podružnica v Ljubljani in izdalo se bode v smislu sinodalnih določb navodilo gg. duhovnim pastirjem.

Za delavce v nemških rudokopih se je poskrbelo, da bodo dobili slovenske duhovnike o velikonočnem času in bodo vsaj svete zakramente prejeti in nekoliko slovenskih pridig slišati mogli. Pisalo se je v tej zadevi preč. frančiškanskemu o. provincijalu:

St. 3967.

*Prečastiti o. provincijal!*

Na prvi škofijski sinodi smo se razgovarjali, kako bi mogli poskrbeti za naše izseljence v Ameriko in na Nemško, da se moralno ne izgube, ampak krstnim svojim obljubam ostanejo zvesti.

Za izseljence na Nemško, kjer delajo v rudokopih in jim je socijalna demokracija jako nevarna, je sinoda sklenila:

1. frančiškanskemu redu se izreče presrčna zahvala za ves obilen in uspešen trud v dušno in materijelno korist naših delavcev po Nemškem, kamor že več časa vsacega leta po dvakrat svoje očete pošilja, da iščejo razkropljene ovce, ter jih s podukom in svetimi zakramenti k Bogu nazaj pripeljejo in pri Njem pridržijo;

2. frančiškanski red se naprosi, da to prepotrebno, pred Bogom, pred cerkvijo in pred narodom prezaslužno misijonsko delovanje v prihodnje za stalno uredi; sklene naj, da vsacega leta pošlje vsaj po dva očeta dvakrat med slovenske delavce na Nemško in sicer prvič koj po veliki noči za velikonočno spoved in obhajilo, drugič pa v početku meseca oktobra, da se verniki preveč ne zanemarijo in v strasteh popolnoma ne vgreznejo.

Prosim Vas, prečastiti oče, da to zahvalo in to prošnjo sinode izvolite vzeti na znanje, očetom Vaše provincije prijaviti, prošnjo uslišati ter mi o tem sporočiti, da morem Vaš sklep dotičnim cerkvenim uradom na Nemškem javiti.

*Na Goričanah, in festo Stigmatum S. Francisci 17. septembra 1903.*

† Anton Bonaventura  
škof.

*V Ljubljani, na praznik sv. Emerika, 5. novembra 1903.*

Na ta list je dobil ordinarijat nastopni odgovor:

*Premilostni gospod knez in škof!*

Ponižno podpisani se v imenu svojih sobratov najiskrenejše zahvali za visoko priznanje, katero je Vaša Presvetlost o priliki prve škofijske sinode izraziti blagovolila za skromno delovanje v dušni prid slovenskih družin na Nemškem ter obljubuje, da se bode to misijonsko delovanje po zmožnosti, toda brez stalne zavezanosti od strani provincije nadaljevalo. Pri vsi dozdevni obilnosti samostanskega osebja se le prepogostokrat javijo težave dobiti za pošiljatev sposobnih patrov, kateri bi bili popolnoma prosti drugih oficij. Ponižno podpisani tudi pripomni, da po sporočilu dosedanjih misijonarjev na Nemškem bi bilo popolnoma odveč, da bi po dvakrat na leto tja hodili, ker je o velikonočnem času za silo najti nekoliko spovedancev, o drugem času pa je vse prizadevanje brezuspešno.

Z izrazom najodličnejega spoštovanja in ponižnim poljubom roke bivam

Vaši Presvetlosti

prepokorni

*P. Konstantin Luser*

*Prov.*

Ker sta se posebno dva nemška duhovnika, namreč župnik dr. Lackmann in njegov kapelan Köster v Hamburgu za naše delavce v Nemčiji z veliko ljubeznijo zavzela in se je poslednji celo našega jezika naučil, samo da more našim pomagati, ter jih pred časno in večno nesrečo obvarovati, in je v ta namen ustanovil tudi slovensko delavsko društvo, kateremu je načelnik, poslala se je obema po naročilu škof. sinode zahvalnica.

Vse to sem priobčil, ker mislim, da se velečastiti gg. duhovni pastirji zanimata za to delovanje. Molimo, da bi dobri Bog našemu delu, ki namerava edino Njegovo čast in zveličanje duš, dal obilnega blagoslova.

† Anton Bonaventura  
škof.

65.

## Način potrjevanja pobotnic, s katerimi se dvigajo ustanovni prejemki.

C. kr. deželna vlada za Kranjsko sporoča z dopisom z dne 7. oktobra 1903, št. 19.179, semkaj doslovno:

Auf Grund des im Einvernehmen mit dem k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht ergangenen Erlasses des k. k. Ministeriums des Innern vom 18. September 1903, Z. 32.976, wird behufs einheitlicher Regelung der Bezugsmodalitäten hinsichtlich der zum hierämtlichen Ressort gehörigen Stiftungen Nachstehendes verfügt:

Bei Quittungen über derartige Stiftungsbezüge sind in Hinkunft die Bestätigungen des Lebens, der Armut, der Mittellosigkeit, der sonstigen Vermögens-

verhältnisse und Umstände nur von den hiezu gesetzlich berufenen Organen einzuholen.

So haben die mit der Matrikenführung betrauten zuständigen Seelsorgeämter nur das Leben, den ledigen, verwaisten oder Witwenstand sowie die Angehörigkeit zur betreffenden Konfession, soferne solche Nachweise speziell angeordnet sind, zu bestätigen, während die Bestätigungen der Armut, der Mittellosigkeit, der Dürftigkeit, Würdigkeit, des unversorgten Standes und der Vermögensverhältnisse den Armen- oder Gemeindebehörden, hingegen jene der Erwerbsunfähigkeit (der Un-

fähigkeit sich selbst zu erhalten) den Amtsärzten zu obliegen hat.

Bei diesem Anlasse wird in Erinnerung gebracht, dass die fraglichen Bestätigungen genau nach den in den bezüglichen Erlässen (Dekreten, Intimationen) enthaltenen Bestimmungen ausgestellt zu sein haben, wobei auf eine möglichst gekürzte, jedoch allen Zweifel ausschliessende Fassung Bedacht genommen werden soll.

Hievon beehrt sich die Landesregierung das hoch-

würdige fürstbischöfliche Ordinariat zur gefälligen Anweisung der unterstehenden Seelsorgeämter in Kenntnis zu setzen.

C. kr. deželni šolski svet pa naznanja z dopisom z dne 29. oktobra 1903, št. 4625, da veljajo odredbe, ki so navedene v predstojećem dopisu, tudi za ustanove spadajoče v področje deželnega šolskega sveta.

Po teh predpisih naj se čč. župni uradi v bodoče ravnajo.

66.

## Konkurzni razpis.

Razpisuje se pod patronstvom verskega zaklada stojećega župnija Dragatuš v semiški dekaniji.

Prošnje za to župnijo naj se naslové na veleslavno c. kr. deželno vlado v Ljubljani.

Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se s tem do-  
loči 12. dan decembra 1903.

67.

## Škofijska kronika.

Preč. g. stolni kanonik dr. Andrej Karlin je bil imenovan udom c. kr. okrajnega šolskega sveta stolnega mesta ljubljanskega ter knezoškofijskim komisarjem za krščanski nauk in verske vaje v ljudskih šolah ljubljanskih mesto prečastitega gospo da stolnega dekana Andreja Zamejca, ki je prosil, da se ga teh poslov odveže. Istemu preč. g. kanoniku se je poveril tudi posel knezoškofijskega komisarja za verouk in verske vaje na ljubljanski c. kr. moški in ženski učiteljski pripravnici in vadnici mesto preč. gosпода monsignora profesorja Antona Zupančiča, ki je tudi prosil, naj se mu ta posel odvzame.

Podeljene so bile župnije: Šent Gotard tamošnjemu č. g. župnemu upravitelju Mateju Pintarju; Jesenice tamošnjemu č. g. župnemu upravitelju Ivanu Zabukovecu; Sodražica č. g. Frančišku Travnu, kapelanu v Šent Juriju pri Kranju.

Kanonično umeščeni so bili čč. gg.: Josip Glibe na župnijo Gotenice (Goettenitz) dne 6. okt. 1903; Anton Jamnik na župnijo Sela pri Kamniku 15. okt. 1903; Josip Vrankar na župnijo Koprivnik dne 22. okt. 1903; Matej Pintar na župnijo Šent Gotard dne 27. okt. 1903; Ivan Zabukovec na župnijo Jesenice dne 3. nov. 1903.

V nemški viteški red je bil odpuščen častiti g. Edvard Kosobud, kapelan v Velesovem.

Premeščeni so bili čč. gg.: Karol Gnidovec iz Metlike v Dolenjo vas; Frančišek Zupančič z Iga kot kurat na Ustje; Nikolaj Stazinski iz Stare Loke

kot župni upravitelj na Planino pri Vipavi; Ivan Florijančič iz Poljan v Staro Loko.

Na novo je bil nameščen semeniški duhovnik Ivan Strajhar kot kapelan v Metliki.

Umrli je č. g. Ivan Kozina, kapelan v Dolenji vasi dne 5. oktobra 1903.

Priporoča se v molitev čč. gg. duhovnim sobratom.

V knezoškofijsko bogoslovno semenišče so bili za šolsko leto 1903/1904 na novo vsprejeti naslednji gospodje:

*V III. leto:*

Terseglav Frančišek iz Ljubljane.

*V I. leto:*

Bambič Josip iz Dobropolja; Bizjak Josip z Breznice; Brecljnik Alojzij iz St. Vida nad Ljubljano; Dagarin Matej iz Škofje Loke; Govekar Frančišek iz Smednika; Grošelj Alojzij iz Kamnika; Grošelj Mihael iz Železnikov; Kepic Ivan iz Cerkelj na Gorenjskem; Kogej Frančišek z Breznice; Kulovec Frančišek iz Toplic; Lovšin Ivan iz Ribnice; Markoš Alojzij z Jesenic; Mrak Ivan z Dovjega; Novak Frančišek z Dobrove; Opeka Ivan z Vrhniko; Pravst Albert iz Tržiča; Ribar Ivan iz Logateca; Rodič Miroslav iz Stopič; Selan Matija iz Sostrega; Supin Karol iz Ljubljane; Šimnic Edvard iz Kranja; Skulj Karol iz Dobropolja; Turšič Leopold iz Loža; Zupančič Valentin iz Most pri Ljubljani.

68.

## Slovstvo.

*Synodus dioecesis Labacensis.*

Po en izvod knjige s tem naslovom se razpošlje ob novem letu vsem čč. župnim uradom za župne arhive. Resnični troški zanj se bodo povrnil

kn.-šk. ordinarijatu iz cerkvene blagajne. Castiti gospodje duhovniki pa, ki si želé knjigo za se še posebej naročiti, naj to naznanijo kn.-šk. ordinarijatu do 15. decembra 1903.

*Knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani, dne 24. novembra 1903.*



# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Št. X.

Vsebina: 69. Petdesetletnica razglasenja verskega nauka o brezmadežnem spočetju Device Marije. — 70. Pastoralne konference v letu 1903. — 71. P. t. gospodom duhovnikom. — 72. Društvo sv. Rafaela. — 73. De usu linguae Slavicae in sacra liturgia. — 74. Nabiranje milih darov za prebivalce Gorenje Koroške, ponesrečene po povodnji. — 75. Nabiranje milih darov za pogorelce v Srednji vasi v Bohinju. — 76. Konkurni razpis. — 77. Škofijska kronika.

1903.

69.

## Petdesetletnica razglasenja verskega nauka o brezmadežnem spočetju Device Marije.

Prihodnje leto nam bo prineslo veliko veselje: 8. decembra 1904 bomo obhajali petdesetletnico onega preradostnega trenutka, ko so sv. Oče papež Pij IX. slovesno razglasili, da je nauk o brezmadežnem spočetju prečiste Device Marije od Boga razodet in se mora torej kot strogo verska resnica verovati in sicer tako, da bi bil kot krivoverec iz cerkve izobčen vsakdo, ki te resnice ne bi sprejeti hotel.

Ker se je od mnogo strani izražala želja, naj bi se petdesetletnica omenjenega veselega razglasenja prav slovesno praznovala, so pokojni sv. Oče papež Leo XIII., ki so bili sami kot škof pri razglasenju pričujoči in so bili goreč častivec prečiste neomadeževane Device od mladih nog, s pismom z dne 26. majnika 1903 sestavili odbor kardinalov, ter mu naročili, naj poskrbi za to, da se ta petdesetletnica obhaja prav slovesno v Rimu in po vsem katoliškem svetu. V tem pismu izrekajo svoje upanje, da bo mogočna Devica in Mati Marija tudi v sedanjih silnih nevarnostih za versko življenje cerkvi posebno pomagala in ji naklonila zmago nad nesrečnimi nasprotniki.

Odbor kardinalov se je veselo, hitro in odločno poprijel naloženega častnega dela in je že v listu z dne 31. majnika razglasil načrt, kako naj bi se po vsem svetu tekom leta 1904. praznovala ta za prečisto Devico Marijo tako častna, za nas pa tako radostna petdesetletnica.

Kardinali so določili za Rim, da se v baziliki sv. Petra in v veliki baziliki Marije snežnice prav posebne slovesnosti opravijo, da se skliče v Rim shod

vseh Marijinih kongregacij in da se v Rimu ustanovi Marijanska knjižnica. Posebno pa kardinali priporočajo po svetu misijone, duhovne vaje, romanja, slovesnejše prireditve za prvo sv. obhajilo, pobožnosti 8. dan vsakega meseca ali v nedeljo po tem dnevu in pobožnosti za duše pokojnih častivcev brezmadežne Device.

V naši škofiji pač ne smemo zaostati, marveč skušajmo tekom celega leta 1904 brezmadežno Devico prav posebno častiti in sicer po navodilu gg. kardinalov, da bodemo složni z vsemi katoličani celega sveta. Zato določujem in priporočam:

1. Naj se priredé sv. misijoni posebno v onih župnijah, v katerih ga v zadnjih sedmih letih še ni bilo;

2. duhovne vaje priporočim za posamezne stanove, prav posebno za dekliske in mladeniške Marijine družbe; saj je za take vaje samo en duhovnik potreben, pa so vendar jako koristne, in očetje jezuitje, lazaristi, frančiškani in kapucini bodo po možnosti radi ustregli;

3. tudi večja romanja priporočim, namreč skupna za več župnij, ali za več družeb, ali za več ljudi enega stanu; v avgustu se namerava slovensko romanje v Lurd;

4. pri pripravi na prvo sv. obhajilo naj se otrokom češčenje brezmadežne Device Marije prav posebno v srcu vzbuja in utrjuje; naj se dan prvega sv. obhajila darujejo prečisti Devici pred oltarjem Materie Božje doma ali v kaki bližnji romarski cerkvi;

5. v vsaki župnijski, samostanski, in sploh v vsaki cerkvi, kjer je navadna služba Božja, naj se osmi

dan vsakega meseca tako proslavi, kakor so dopustili sv. Oče Pij X. v odloku z dne 14. avgusta<sup>1)</sup>). Ako rubrike dopuščajo, naj se bere ali poje missa votiva de Immaculata Conceptione, ako rubrike ne dopuščajo, naj se navadni sv. maši dodá commemoratio Immaculatae Conceptionis, kar naj se zgodi tudi pri vseh drugih sv. mašah istega dne; ta privilegij pa velja samo za one cerkve, kjer se ta dan opravi vsaj mala pobožnost na čast prečiste in brezmadežne Device: naj se torej isti dan sv. maši dodá ali pa zvečer v cerkvi opravi skupni rožni venec, ali molijo lavretanske litanije, ali kaj primernega čita; ta slovesnost se more tudi prenesti na prvo nedeljo po osmem dnevu vsakega meseca;

6. za zmanjšanje pijančevanja in grehov zoper šesto Božjo zapoved, za razširjanje Marijinih družeb in bratovščine treznosti naj se moli tekom celega leta 1904. po vsaki pridigi enkrat „Oče naš“ in „Češčena Marija“; vernikom naj se večkrat v pridigah, v privatnem pastirovanju, v šoli, pri izpraševanju na srce položi, da v isti namen dodajo enkrat „Oče naš“ in „Češčena Marija“ svoji večerni molitvi;

<sup>1)</sup> Glej „Directorium 1904“, str. 25., sq.

*V Ljubljani, dne 18. decembra 1903.*

7. pozivljejo se prav posebno vsi redovniki in redovnice, da v smislu tega navodila po svojih cerkvah vse kar mogoče slovesno in veličanstveno opravijo;

8. želeli bi bilo, da bi se kongresa Marijinih družeb v Rimu udeležili tudi iz naše škofije; kaj pa pri nas doma?

9. vse pisatelje, ki so kaj napisali o Devici Mariji, vse knjigarne in založnike, prosimo, da do velike noči ordinarijatu pošljejo one knjižice o Devici Mariji, katere so spisali ali jih imajo v založbi, da se pošljejo v Rim.

Vse duhovne pastirje prosim, da uredite slovesnosti na čast preblažene in neomadeževane Device tekom leta 1904 v smislu teh navodil, kar mogoče praktično; nameravajte posebno zatirati in omejevati pijanstvo, najbolj žganjepivstvo, ter vse to, kar je nevarno za sv. deviško čistost. Pri prvi skupni konferenci leta 1904 se o tem posvetujte in za posamezne dekanije kaj praktičnega in primernega sklenite.

